



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

Liber XX. De Actionibus, seu de Actibus humanis. Et de modis primis &
generalibus acquirendi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)



SYNTAGMATIS IVRIS VNIVERSI PARS TERTIA.

DE ACTIONIBVS, SEV DE ACTI- BVS HVMANIS.

DE MODIS PRIMIS ET GENERALIBVS ACQVI- RENDI. LIBER XX.

De modis, quibus res sunt singulorum, & de varia
earum rerum natura, & nomine.

CAP. I.

- 1 Continuatio libri.
- 2 Ius omne versatur in acquirendo, muniendo, conseruando.
- 3 Auaritia turbans dominatorem & possessionem.
- 4 Cupiditas malorum radix.
- 5 Iubilai lex redemptionis, & redhibitionis rerum.
- 6 Acquirendi leges contra fraudes cupiditatis.
- 7 Acquirendi sex modi legitimi Varroni.
- 8 Acquirendi modi ex Theophilo 14. iurigentium, 2. ciuiles, sin-
gularium rerum. & per vniuersitatem.
- 9 Acquirendi modi in certa capita digesti per diuisionem.
- 10 Contractus qui sunt iuris ciuile.
- 11 Amittimus res tot modis, quot acquirere possumus.



Et vs & personis praecognitis seorsum, & distincte onibus earum obseruatis, reliquum est, ut actiones seu actus hominum perpendamus: utpote composita post simplicia: cum omnia negotia & actus, vel ad res, vel ad personas, vel ad vtrique referri possint. Secundum hanc rationem, vera est Vlpiani regula, *in l. fin. de legib. lib. 1. P.*

tit. 3. totum ius consistere, aut in acquirendo, aut in conseruando, aut in muniendo. Aut enim hoc agitur, quemadmodum quid cuiusque fiat: aut quemadmodum quis rem suam, vel ius suum conseruet: aut quomodo alienet, vel amittat. Ea namque est io omni re animorum conditio, ut ait Plinius, *lib. 26. c. 4.* ut a necessariis primum orsa, cuncta peruenerint ad summum. Recte primum quidem constituta rerum, ut diximus, diuisio, ad diuersas diuisi-
tas. in praesidio op. in i. i. i.

Huius tamen abusus statim maiora, ut videtur, inuexit mala, & ex lato optimo tritico perniciosa soli prodaxit lolium: exque cupiditate habendi aauaritia, sine possessione & domini legitimi violati sunt: & is cui personam erat sufficiens habere, & aliis prouidere, sibi aliena vsurpare, vetitis artibus cepit. Inde malorum omnium cohors, ut ex Lerna quae adam traduxit in nos miseras pene immedicabiles.

Cupiditas t quippe omnium malorum radix, quam quidam appetentes errauerunt a fide, & inferuerunt se cogitationibus multis. *1. ad Timoth. 6. can. bonorum, 47. distinct.* Et qui voluit diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum diaboli, & desideria multa inania & nocua, quae mergunt hominem in interitum & perditionem. *1. ad Tim. 6.* Facile cupidia iusto delirant, *can. 1. 47. dist. mensq; potetiae auida nec potest abiliuere a vetitis, nec gaudere concessis: non pietati adhibere consensum. can. vtrum catholicum, 47. dist. Excegat hominem auaritia. c. exsecrabilis, de prob. & reddit inflariabil. ca. sicut hi. 47. dist. ut ait Hora. lib. 2. carm. od. 2.*

*L. ius regnes auidam domando
Spiratum quam si Libyam remotis*

*Gadibus iungas, & vterq; Pannus
Seruat vni.
Crescit indulgens sibi dirus hydrops,
Nec sitim pellat, nisi causa morbi
Fugerit venis, & agnosus albo
Corpore languor.*

Hinc vsura, rapina, furti, delictaq; fere reliqua omnia, adulteratio reru, & ponderum, mensurarum, fraudes, doliq; tyrannis, penuria rerum, & fames, & plerumq; hominu proborum paupertas miserima, artib. improboru exutorum & spoliatorum propriis. Cui t malo ut obuia iret Deus Opt. Maximusq;, post diuisionem per familias terrae subactae adiecit legem Iubilai. *Sanctificabis, inquit, Deus. c. 25. Num. c. fi. mibi annum quinquagesimum.* Et vocabis remissionem cunctis habitatoribus terra vestra. ipse enim est Iubilai. *Reuertetur homo ad possessionem suam, & vnaquaeq; redibit ad familiam pristinam.* Iure t quoq; gentiu & societatis ciuilib. formulae quaedam receptae sunt acquirendi, transferendi, & conseruandi res, ut iniceretur signum dolis & fraudib. & vsus facili or essetita vlt exigente & humanis necessitatibus, gentes quaedam iura sibi constituerunt. *S. ius aut gentium, de iure na. ap. Inst. n. 1. ex bo. iure, eo. in P. I. ergo, 39. de legib. in P. Varr. t lib. 2. de re rust. lex modos acquirendi legitimos tantum enumerat, dicit ait: In ertionib. sex fere res legitimum dominu perficiunt: si hereditatem iustam adiu: si ut debuit ab eo accepit, a quo iure ciuili potuit: aut si iure cessit: qui potuit cedere: & id vbi oportuit: aut si vsu cepit, aut si e pra da sub coena ems. Latius t Theophil. s. per quas personas nob. acq. lib. 2. Inst. tot. iur. ciu. tit. 9. modos acquirendi complectitur, atque acquisitiones, aut iurigentium esse, aut iuris ciuilib. Iurigentium quidem esse quatuordecim, nempe donationem, hereditatem, spolia, lapilles in litore maris inuentos, siue preciosas gemmas animalium nostrorum factus: alluiones, insulam in mari aut flumine natam, praedia ad aluenum a flumine desertum habere, aliena materiam in eam specie, quae in prillimam specie redire nequeat, mutasse: ex aliena & sua materia specie fecisse, duorum maritias eundem vel diuersi generis, voluntate dominoru aut fortuito comixtas esse, ex materia aliena in solo suo aedificasse, alienam arborem in suo plantasse, coeuisse in alieno fundo bona fide possessore, thesaurum in suo inuenisse. Ciuiles aut acquisitiones dicit duplices, vel singulariu rerum, & quae per vniuersitates: singulares, vti captio, ius accretendi, legatum, fideicommissum. Per vniuersitatem, quando vna quidem res geritur, sed multa nobis sub vno acquiruntur: tales quatuor sunt acquisitiones, hereditas, bonorum possessio, arrogatio, libertatum causa: bonoru additio. Nos t ordinis causae sic colligimus. Res nobis acquiruntur vel iure gentiu, vel ciuili, vel vtroq;. Iure gentiu vel factio ipse, vel voluntate eoru quorum interest: factio ipso vnde decim modis. per occupationem, inuentionem, captioem ab hostibus, natiuitatem, alluionem, stationem, culturam, aedificationem, coniunctionem, vtiouem siue confusionem, traditionem. Ex voluntate nostra & alioru per nos ipsos, & ministerio alioru, per contractus omnes, paucis exceptis, qui iuris ciuilib dicuntur. *lex hac iure, s. de iustit. & iur. lib. 1. P. tit. 1. s. ius aut gentium, eo. tit. ap. Inst.* Obligationum quippe substantia in eo con-*

tit. 1.

fitur non vt corpus nostrum aliquod faciamus, sed vt ad dandum, vel faciendum aliud obligemus. *L. obligatio non substantia. de act. in p. q. i. l. i. de iur. emphyt. §. de litera. obli. g. emphyteosi. §. adeo. de loca. §. l. i. de iur. emphyt. sponalitia largitate. §. i. ut spon. largitas proprius sit contra. in auth. colla. 9. Item viucapione. l. i. tot. tit. de vsucap. in P. cum siml. artogatione. §. si arrogator. de adop. P. vel successione iure, & per media quae inde pendent; per legata, fideicommissa, bonorum possessiones, additiones bonorum libertatis causa, & per successiones ab intestato, & per sequestram. §. ut certo. §. si duob. comoda. P. ¶ Tot 11 ¶ modis etiam quis amittit, quibus alius ab alio acquirere potest, cum duo dñi in solidum esse nō possint. Proinde si cognoscamus quot modis possimus querere, pro modo intelligemus quibus possimus res amittere. l. i. pro derelicto. l. fere. 196. de reg. ius. in P.*

De Occupatione. Cap. 2.

- 1 Possessio de occupatione cepit.
 - 2 Occupantium sunt que nullius sunt.
 - 3 Nullius sunt insula maris, res pro derelicto habitae.
 - 4 Pro derelicto quando quid habeatur. eod.
 - 5 Thesaurus inuentus quomodo acquiratur.
- 1 ¶ Am quomodo per occupationem ceperunt res esse, explicauimus, cum de possessione egimus, sup. l. i. c. 13. quā ab illa occupatione cepisse demonstrauimus. ¶ Idcirco ¶ annotato tantū breuiter ea, quae nullius in bonis sunt, occupantium fieri. l. 3. de rerum diuisi. P. §. fere. igitur. eo. tit. ap. fusi. Sic quae natura nullius sunt, si a possessore leuio naturalem libertatem auferant, occupantium fiunt quoque; l. quod in litore. de acq. rer. dom. l. reparum. §. fin. & l. seq. de re. diuisi. in P. l. naturalē libertatem. §. illud quae situm. de acq. rer. dom. l. meridi. §. quod ex naufragio. de acq. poss. in P. insula quae in mari nascitur, occupanti cedit, quia nullus est. l. adeo. §. insulam. de acq. rer. dom. l. ergo si insula. §. si. eo. ¶ Res ¶ quoque; pro derelicto habitae, occupantium fiunt, tabolen. l. quacumq. de acq. rer. dom. P. quia pro derelicto habitae situm possident esse definit, & ideo occupantis fiunt. l. i. 2. & 4. §. hoc amplius. pro derelict. P. ¶ Observandum ¶ tamen pro derelicto haberi, si quis eo animo a se abiciat, vt non amplius ad se pertinere, aliter minime. l. nemo. & l. si quis merces, pro derelict. in P. & ita ea mente a se, vt amplius nolit, videtur primo occupanti donare. l. quod seruus. de fip. seruo. ¶ Huc ¶ referimus inuentionem thesauri, ex qua inuentor in suo dominio efficitur; in alieno, pro parte, si sine malis artibus inueniat, §. thesaur. de rer. diuisi. l. i. c. de thesaur. lib. 10. c. & si non locarit operas suas, vt late cū suis distinctionibus, docuimus antea, dum de rebus sico querendis tractauimus, sup. l. 3. c. 11. Est enim thesaurus vetus quaedā depositio pecuniae, cuius non existat memoria, & ignoratur. l. nunquam, §. thesaurus. de acq. rer. dom. Quare cedit inuentori, quod non fieret, si sciretur dominus: nam & eius sit furtum. l. peregre. de acq. poss. l. thesaurus. ad exhib. in P. d. l. nunquam. §. fin.

De Inuentione rerum alienarum deperditarum.

C A P. 3.

- 1 Inueniens res alienas, & sibi referuas, furtum facit.
- 2 Inuentarum rerum deperditarum libelli publicae, vt dominus recipiat, sunt proponendi.
- 3 Inuentarum non esse tollenda, eod.
- 4 Perdens res remanet earum dominus.
- 5 Inuentor rei deperditae gratis restituere domino tenetur.
- 6 Indicium promissum inuentori praestandum est.
- 7 Inuenta non comperito domino in pias causas erogari debent.
- 8 Inuenta vsucapione non possunt. Attina lex, eod.

Accedunt aliqua ¶ ex parte ad ea, quae pro derelicto habentur, res deperditae. Verum si quis inuenias in terra iacentes, lucrandi animo sibi vsurpet & occupet, furtum committit: siue ignoret dominum, siue sciat. ¶ Nam ¶ & libellos proponere tenetur publice, quibus significet se eas inuenisse, & restituere ei qui se dominum docuerit earū. l. falsus creditor. 44. §. qui alienū quid, de furt. lib. 47. P. §. si de rer. diuisi. Et Lucian. inter laudes Democriti Philosophi, adicit id ipsum eū fecisse, & inuēto annulo, de eo publice scheidā pposuisse. Ioseph. lib. 4. antiq. c. 6. Deuter. 21. inter leges Moysi hanc etiam annumerat: Si quis aut aurum, aut argentum per viam inuenit, quareas eum qui perdidit, praecone mittens, & in quo loco inuenit, restitnat. & alieno damno non esse bonam utilitatem decernat. Similiter & de pecoriis, quae in deserto errare compererit, non inuento

repente domino, apud se referuet, teste habens in his Deum, quod nolit aliena lucrari. Platon. 1. de legib. in prim. quoque; lex haec: Si quis rem suam alicubi, volens, vel contra reliquerit, non tangat qui forte repererit, sed putes Deum itineris, a lege haec sibi consecrata seruare, seruus qui exportasset, a quocumq. obuiam factū. & ultra annū triginta nato, verberibus multis pulsetur: liber, si liber alicui prauari. a. org. habeatur, deinde decupli pretii relinquat, & c. Ecce & Stagiritarum lex, plane vt Graeci, inquit Aelian. lib. 3. de var. hist. c. 46. agnoscere possis quod non deposuisti in tollas. Et Biblii, inquit Aelia. lib. 4. c. 1. de var. histo. si in via incidierint in aliquid, nihil tollunt, quod non deposuerunt: nō enim hoc inueniunt, sed furtum esse arbitrantur. Di. gen. Laett. lib. 1. de deoret. Philof. Alexan. ab Alex. l. 6. c. 10. Solonis legē etiam refert, τὸν εὐδελὸν ἢ ἄνθρωπον, ἢ ἄνθρωπον, ἢ ἄνθρωπον, ἢ ἄνθρωπον, ἢ ἄνθρωπον, ἢ ἄνθρωπον. Ne quis quicquam alienarum rerum auferat, agat, vt, fur dupli damnetur. ¶ Remanet ¶ dominus qui amittit, l. Pompon. 44. §. fin. de acq. rer. dom. P. & in possessione est ciuili, etiam corporale perdidit. l. 3. §. Nerua filius, & l. si id quod, de acq. poss. in P. ¶ Quare ¶ retinē rem alienā, furtum committit. §. si de rer. diuisi. d. l. falsus. §. qui alienū, de furt. in P. §. furtum, de oblig. quae ex delict. nasc. Itaque; pro re inuenta restituenda, quaequā iure capere, nec petere potest: ius, n. nullū nobis in rebus est alienis, & turpiter accipit vt faciat, quod alioquin gratis tenetur facere. l. si de cond. ob tur. cau. in P. ¶ Si ¶ quid tamē iudicii nomine dominus qui perdidit, inuētori pollicetur & restituenti, illud praestari conuenit, & honeste vt ex sollicitatione accipitur: siue is qui inuenit detegat, siue is inuentorē indicet. l. i. dem §. si. de condi. ob tur. cau. Barb. in d. §. qui alienum. Aret. in §. si. de rer. diuisi. Multa namque; honeste data accipiuntur, quae non honeste petuntur. l. i. §. proinde, de variis & extraord. cog. Et ¶ mercedis nomine non possant peti, recte remunerationis gratia capiuntur. l. salarium, de procu. Repetit aut inuentor, si quid inuētae relictū impenderit, a domino, l. i. c. de neg. gest. quemadmodū & res is cum fructibus perceptis tenetur domino restituere. l. naturaliom, §. §. gallinarū, de acq. rer. dom. ¶ Quod ¶ si inuētor perquisitione facta dominū non inueniat, placet vt tutor sententia, qua iubetur in pias causas inuenta, nomine eius qui amittit distribuere, vt in pauperum elemosinā cum auctoritate episcopi. iuxta. a. ubi. omnes peregrini. C. communia. de success. Et si fipie inuentor valde pauper & inops sit, nihil phibet, quin tanquā pauper, nō vt inuentor retineat, cum onere orandi pro amittente. ¶ Alloquin ¶ vt furtiuas res non potest retinere, neque; vsucapere, phibente lege Attinia. §. furtina, de vsucap. ap. Iustit. sequitur, §. Labeo. cum §. §. seq. & l. non solum, eod. tit. in P.

De Acquisitione per Captionem ex rebus hostium tempore belli. Cap. 4.

- 1 Ab hostibus capta, capientium sunt.
- 2 Ab hostibus capta & repetita domnis reddenda.
- 3 Serui non sunt hodie Christianis ab hostibus capti.
- 4 Prada quid. Manubria quid, eod.
- 5 Spolia hostium quae dicuntur.
- 6 Capta ab hostibus immobilia & mobilia quorum sunt.
- 7 Prada ab hostibus capta quomodo diuidebatur militari disciplina.
- 8 Prada aliquando solius populi Romani, non militum, aliquando militum.
- 9 Prada pars Deo consecrata.
- 10 Decima ex prada Deo data.
- 11 Iusta prada ex hostibus, quibus bellum indictum, non capta per latrones.

Quae ab hostibus capiuntur eorumque; sunt, capientibus, etiā quaeruntur. l. naturaliom, §. si. & l. transiugam, de acq. rer. dom. l. si quis pro redemptione, C. de dona. Et legem perpetuā esse Xenophon tradit, 7. Cyripad. inter homines, quando belligerantium viuis capta fuerit, eucta eorū esse, qui ceperint, & corpora eorū qui in viuis sunt & pecunias: Fuit & sententia Periantri, a bitri electi ab Atheniensibus & Mytilenensibus contententibus, pro agro liensis, vt quādiu quisque; vi oppidum possideat, id eū iure possidere. Herod. in 5. Pati modo legati Romanorum disceptantes inter Carthaginiensem populū, & regem Massinissam, pro agro vi & armis contententes, possessionis ius non mutarunt, sed causam integrā ad Senatum reiecerunt. Lini. lib. 10. decad. 4. Sic post bella ciuilia, cum in vrbe essent loca plurima iuris ambigui, & multi multa a possessoribus auocarent: quia sibi vel a Senatu, vel a Pompeio, vel a Cesare, vel a Lepido, vel ab ipso Augusto militibus, pro praemio do-

nata assignata forent, contenderent. Augustus Imperator ipse cognoscens, secundum possessores pronuntiavit. ¶ Si tamen quædam ab hostibus nobis erepta a nostris reperantur, non sunt captiuium, sed prioribus dominis restitui debent, *l. si captiuus, §. expulsi, de captiuis*, nec iure prædæ continentur: quia non tam capta, quam reddita dicuntur. *l. ab hostibus in 2. de capti. & postlim. reuer. P.*

¶ Ex hoc iure belli capientium fiebant serui, qui viui ab hostibus capiebantur. *§. seruis autem ex eo appellati, & §. serui autem nascuntur, de iur. perso. l. manumissionum, de statu hom. P. l. si quis pro redemptione, C. de dona.* Et hodie inter Christianos non fiunt serui capti, quânis pro redemptione sui pretium dent, quod vocant *rancion*, quasi *reddition*: non secus cum olim captus in ciuilib. diffensionibus, ingenuitatem non amittebat, *l. si quis ingenuitatem, §. in ciuilib. de captiuis, in P.* Itaque ex communi interpretum sententia, iura captiuitatis & postliminii in personis non seruantur; sed capti ad certam fidelitatem seu homagium obligantur, & redemptionem soluant pro more nationum, quæ captiuis est, nisi redemptio excedat decem millia aureorum: vt si comitis, vel ducis est prehensio, quæ principis solius est.

¶ Parro tres quæ occupantur in bello, vel mobilia, vel immobilia sunt: mobilia aut prædæ nomine, aut manubiarum appellantur: prædæ, corpora ipsa capta ab hostibus sunt, *Boer. decif. 178. n. 3. 4. vbi sita seruari in regn. Francia, Anglia, & Hispania ait. & Bal. & Bart. in l. nam & seruis, de neg. gest. manubiarum, pecuniarum, quæ ex corporum captorum venditione, vt notat Gellius lib. 13. c. 24. Omnium commune nomen, spolia. Et Labeo: Si quid, inquit, in bello captum est, l. si quid in bello, de capt. l. penult. ad leg. Iul. pecul. d. l. si captiuus, §. expulsi, de captiuis, in prædæ est. ¶ Immobilia tamen bello occupata, placuit publicari, non singulorum fieri, vel fisco addici, *l. diuus Commodus, de iur. fisci, in P.* mobilia vero capientium esse. *l. si quid in bello, & ibi Bart. & Alberi. & idem Alberi. in l. si quis pro redemptione, de donat.* Neque hodie capta, quamuis fieri aliter deberet, deferuntur duci, sed qui potest capere capit. *Boerius late 6 decif. 178. n. 6.* Obseruanda est tamen, olim ex disciplina militari fuisse, vt non esset prædæ singulorum occupantium militum, nisi specialiter iure concederetur, sed vt in commune in vnumque redacta delatave diuideretur a principe vel duce singulis, put quisque se litene in pugna gessisset. *can. dicitur aliquis, 23. q. 5. can. ius militare, 1. dist. Et Polybius meminit: Nunquam discriminis aliquid, inquit, lib. 2. histo. c. 17. narrat enim Clodoucum regem Francorum, petenti episcopo vas abreptum in direptione ecclesie, respondisse eius legato, vt eam sequeretur vsque ad Sueffones, vbi cuncta quæ acquisita erant, diuidenda erant: addiditque fortitione diuidi solita, vt manifestum ex relata responsione militis, qui vtræque petitione ægre ferebat regi dari præter sortem. Id ipsum & scribit Ammonius lib. 1. histo. Francorum, c. 12. Thebani quoque Corinthiique legatos ad Lacedæmonios miserunt, qui ex manubiis portionem prædæ communi belli gessit, periculisque contra Athenienses, petere: quibus negatis non quidem aperte bellum aduersus Lacedæmonios decreuerunt, sed tacitis animis tantam iram conceperunt, vt subesse bellum intelligi posset, vt auctor Iustinus ex Trogis lib. 5. Existat lex Dei, *Deuter. c. 20. omnem prædæ exercitus diuides. & comedes de spoliis hostium tuorum quæ Dominus dedit tibi tibi.* ¶ Iuuenio tamen aliquando prædæ populæ Romani fuisse, non militum: vt ex Dionysio Halicarnassico lib. 7. colligitur postumus, apud quem Decius contra Marciū eximium ducentem agens coram populo, sic ait: *Scitis, inquit, omnes, prædæ ex hostibus nostra virtute partem, legibus addici populo, & nec ducem quidem exercitus in eam ius habere, ne dum priuatum aliquem. Sed quæ fortis esse eam vendere, & pecuniam referre in ararium. Hanc legem nullius ab vrbe condita, non dicam violauit, sed ne reprehendit quidem, excepto hoc vno Marciō. Alconius quoque; Pæd anus, in orat. 3. in Verrem, in fin. spolia de viuo hoste quæstia nobili, per deditioem, manubias veteres diuise ait, & fuisse hanc prædæ Imperatorum, ex qua quod vellent facerent. Fuit & deinceps tempus, quo partim***

in publicum duces referrebant, partim militibus distribuabant. *l. gon. lib. de antiquo iur. Rom. c. 15.* Pollicebantur & sæpe duces ad concitandos animos militum eisdem prædæ; quam obicere exercitus Romanus Posthumium Imperatorem inficitem quas promiserat prædæ, facta in castris seditione, lapidauit. *Flor. lib. 1. Egiptome Lini. c. 12.* ¶ Neque tamen semper æque facta prædæ diuisio inter milites omnium: sed & duces præstantiores ethnici quoque, quibus pugna feliciter successerat, ex præcipuis munera Deo coniecerant: vt Gelon Syracusiorum rex, misit ex hostiū manubiis, post victoriam Amilcaris & Carthaginensium, Delphos Apollini, quæ pro Deo habebat, tripodem aureum sexdecim talentorum auri. Et Græci post victoriam de Persis habitam Thebis, alium tripodem ex decima delecta spoliatorum miserunt Delphos quoque: Et Athenienses id ipsum fecerunt reportata de Persis per Cimonem in Asia victoria, auctore Didoro Sicul. lib. 11. *Biblioth.* Et Syracusios etiam, post victoriam contra tyrannos, & subiectionem vrbium eorum, delectum quicquid optimi ex prædæ Cæmaubiis ad Delphos misisse, idem testatur *Diado. Sicul. lib. 11. auctor.* Vt & Abraham redies a victoria regum, sacerdoti Dei Melchisede, totius prædæ decimas dedit. *Genes. c. 14.*

¶ In summa quæ ex prædæ nobis quæruuntur ex hostibus debent etiam habere concessam ducis, vel populi, posthumium in nostris militibus, qui stipendarii sunt, & contenti alioquin debent esse stipendiis. *Luc. 3. Inuit hoc Philippus rex Macedonum in epistola ad Senatū Atheniensem, ap. Demost. post. 1. Philippicam. Quæ possessio, inquit, firmior fieri potest hac quæ primam a maioribus nostris concessa est: deinde iure belli denovo nostra facta postremo a vobis concessa est: ¶ Item tamen obseruandum, iustam prædæ esse, quæ hostibus eripitur, id est, quibus publice bellum indictum est. *Hostes sunt, de capt. & postlim. reuer. l. hostes, & l. quos nos hostes, de verbor. signif.* Quæ enim latronum a nobis furantur & prædones, iure belli non possunt sibi acquirere, nec quæ in seditione concius sibi eripiunt.*

De Postliminio. Cap. 5.
Lib. 49. Tit. 15. Lib. 3. C. tit. 51.

- 1 Res duobus modis exeunt a potestate hostium, per postliminium, & redemptionem.
- 2 Postliminium quid, eod.
- 3 Status quaratione rerum & personarum mutatur captiuitate.
- 4 Postliminii fictio quid operetur in successione capti, & in aliu.
- 5 In postliminii fictioe consideranda.
- 6 Postliminium quid restituit.
- 7 Postliminii duplex species.
- 8 Ab hostibus repetitur eadem debent dominis antiquis, nec repetentibus quaruntur, eod.
- 9 Postliminii ius tempore belli & pacis.
- 10 Induciarum tempus non habet ius postliminii.
- Inducia quid.
- Tregue quid, eod.
- Fœdus quid, eod.
- Pax quid, eod.

¶ Postliminii iure qua non possunt repeti.

Res & personæ, quæ in hostiū potestatem peruenierunt, postliminium ius quod habebant repetunt, vel postliminio, vel redemptione. Postliminium, in nominis notatione aperte testatur, limen prius reperitum postea, id est, rem vel personam recepisse primam quem habebat locū, vel fines, vel statum, *§. si quis ab hostibus quib. mo. ius pat. pot. solui. Cice. in Topic. postliminium. 19. postliminia, de captiuis, in P. & l. si. eo. P. At Paul. Iurif. conf. latius substantiam postliminii fictione complectitur. Postliminium, inquit, est ius amissæ rei recuperande ab extraneo. Sin statum pristinum restituerit inter nos & liberos populos, regesque, legibus ac moribus constitutum. Nā quod bello amissimus, aut etiam circa bellum, hoc firmiter recipiamus, dicimur postliminio recipere: id quod naturæ iure introductum est, vt qui per iniuriam ab extraneo detinebatur, is ubi in suos redisset, pristinum ius suum recipere. hec Paul. postliminiū, 19. de capt. & postlim. reuer. in P. ¶ Postliminiū tamen statum mutatione, itaque rerū & personarū præcessisse, & iterū restitutione eiusdem denotat. Mutatio autem hæc sic captiuitate facta ab hostibus, duplici consideratione: videlicet primam, dum res capta transit in captiuis potestatem: nam si persona captiua, ea sui iuris esse iure Romano delinebat, fiebatque captiuis, vt superiore capite ab eūdo doctimus, sicur &*

res alia

res alia capti eximebantur a iure dominorum, & in eodem capientes transibant. Alia deinceps ratione rerum fiebat status & personarum quoque alteratio, ex parte eorum, qui capti erant, & in partia relinquiebantur: nam & illa quae captiuorum erant, nec ad capientes, nec ad captiuos tunc pertinebant, sed alterius iuris vel status fiebant. Siquidem pro mortuo habetur is, qui captus est, a die quo captus est, ut notat Papinian. *l. pater, 10. de captiuis, in P. & l. ius in errore, 4. §. fin. de usufructu, lib. 4. l. p. tit. 3. si postea inibi moriatur, nec reuerfus est; quod & probat Vlpianus. *l. in omnibus. 8. de captiuis & post. im. reuerfus, in P.**

¶ Proinde si capto patre, & seruo, *l. lege Cornelia, de testamen. in P. l. penult. de libe. & post. l. si. C. de senten. pass. l. 1. §. nam pater, ad senatus. Maced. ita hostium factio, filiusfamilii sit: nam pater, qualiter iuris captiuitate sit, *§. serui, de iure person. alios non habet in potestate, l. sic eueniet, ad leg. sol. de adult. in P.* Et seruus capti stipulator, acquirat heredi eius, qui erat successurus, si mortuus fuisset tunc, *l. 1. de captiuis, in P.* Captiuo quoque mortuo apud hostes ex lege Cornelia fingitur mortuus apud suos, ut ei succedat ab intestato, seu ex testamento, qui successuri erant, si apud suos decederat tunc, *l. ab intestato, in l. bona eorum, 2. de captiuis, in P.* Et medio tempore gesta per filiumfamilii, post patris captiuitatem, & ante eius postliminium, si legitima aetatis fuerit, rata sunt, ut ab emancipato facta, si in praedictorum patris non sunt: exemplo gestorum a filiofamilii tempore deportationis patris, & ante eius restitutionem, quae eodem modo tractantur, *l. fin. §. 1. de senten. pass. & resti. lib. 9. C. ius, §. 1.* Efficit & ius postliminii sua fictione, ac si qui reuerfus est nunquam abfuisse, *retro. l. 6. cum legi, §. de captiuis, in P.**

¶ Sic in postliminio consideranda: praesens itatus captiuitatis, quo seruorum qualitas similis quis est, ut per se nihil posse dicatur, *l. postliminio, 2. §. cod. P. l. in bello, §. factio, l. in bello, 12. §. si quis ca. p. de reg. iur. P.* Dehinc secundo suspensio iurium quae fit, dum expectatur postliminium, ut quae in peculio seruorum capta sunt & filiorum, in suspensio sunt, *l. bona, 22. §. quae peculiari. cod. ius. de captiuis, l. si quis, §. 1. de usufructu, in P. §. si ab hostibus, quib. mod. ius patri pot. sol. ut si redierit, eius sit: si decesserit, lege Cornelia ad heredes eius pertineat: de iure curator interim bonis capti, *l. cum cognatos, 3. C. de captiuis, nam antequam certus quis sit de morte naturalis capti, non adit hereditatem eius, vel ab intestato, vel ex testamento. Postliminium fictionem inducit, ut quando dominus rerum & personarum redit a captiuitate, censentur eius iura fuisse in pendenti, dum postea rediens sua recipit pristina iura, *l. nec nos, 1. eo. C. Et ita inspecto quidem tempore captiuitatis, nulla res capti erant in pendenti statu. Verum inspecto tempore postliminii facturo, dum id contigit, fuisse in praeterito dicimus, §. si ab hostibus, quib. mod. ius pat. potest. sol. & ibi glo. l. in bello, 12. §. si quis ca. p. de reg. iur. P.***

¶ Atque postliminium id restituit, quae quis ante habebat, & quae illi medio tempore captiuitatis contingere potuerunt, *§. factio, §. conditiones, de ver. b. oblig. ut apud hostes filius susceptus, si postliminio redierit, filii iura habet, l. penult. de captiuis, & postliminio reuerfus, l. ab hostibus, 18. C. cod. ita reuerfus filiofamilii iure postliminii, pater filium suum recuperat, *Paulus in l. apud hostes, 9. de captiuis, in P. l. 1. §. sed & si, ad Tertulianum. P. l. ab hostibus, §. 1. ex quibus cau. ma. in P. l. 1. C. de captiuis, & filius suum, *Pomponius, in l. cum dua, 1. §. de captiuis, in P. l. captiuus, §. l. ius postliminii, 14. C. eo. tit. Conceptus tamen & editus, apud hostes, patre existente & ibi mortuo alio iure quam fictionis legis Corneliae, vel cum matre rediens, vel sine ea succedet, *l. 1. C. de cap. l. diuus, eod. titu. P.* Non tamen licet iura patriae potestatis reuertuntur postliminio, uxores maritis redeuntibus restituantur: nam tantum consensu uxorum redintegrabantur matrimonia, *d. l. cum dua, §. fin. & l. non ut a patre, l. in bello, §. medio, eod. tit. de captiuis, P.* Retro tamen creditur in ciuitate fuisse semper, qui ab hostibus aduenit, *leg. retro, 16. eod. tit. P.* Et ita auus etiam emancipati, filium recipit in potestatem capto emancipato redeunte, *l. si me vibi, 13. de captiuis, P. l. si quis praegnanter, 23. e.* Etiam metallum damnatus, de metallo captus, redeuntis, in metallum reuertitur, seruus ad dominum, *l. in bello, §. si quis seruus, cum sequen. §. de captiuis, in P. l. mulier inopis, 6. eod. sicut lib. et in prist. nam libertatem, *l. sicut liberis, 10. de captiuis, & postliminio, C.* Ab hostibus captus, seruus hostium est, & postliminio itatum recuperat pristinum, *l. ius postliminii, 14. §. fin. de cap. Et in summa tantum valet postliminii ius, quantum ademptio per captiuitatem: veluti tantum valet deportatio ad restitutionem indulgentiam, quantum ad poenam sententiam, *l. si §. si, & pen. de sent. pass. & resti. C.******

¶ Et si dicitur ita species postliminii sunt: ut aut nos reuertamur, aut aliqua recipiamus vi erepta, *l. cum dua species, 14. de cap. in P.*

Ita expulsus hostibus ex agris quos ceperant, dominia eorum agrorum ad priores dominos redeunt, nec publicantur, nec praedia loca cedunt. Publicatur enim ille ager, qui ex hostibus captus est, *l. si captiuus, 20. §. 1. eod. tit. Ut & virtute nostrorum militum liberati ab hostibus non redemptione, illico statum, quem captiuitatis causa amiserant, recipiunt: receptos enim eos non capti, sicut iudicare debemus, & militem nostrorum defensorem eorum decet esse, non dominum, ut singulariter tradunt Diole. & Max. C. C. in l. ab hostibus capti, 12. C. de postliminio, & Postliminium, §. sicut ius captiuitatis, & in bello & tempore pacis est, sed ratione diuersa, quae hisdem verbis explico, quibus Pomponius. *In bello postliminium est, cum ii, qui nobis hostes sunt, aliqui ex nostris ceperunt & intra praedia sua deduxerunt. Nam si eodem bello is reuerfus fuerit, postliminium habet, id est, omnia perinde et restituitur iura, ac si captus ab hostibus non esset, & c. In pace quoque, postliminium datum est. Nam si cum gente aliqua, nec amicitiam, nec hospitium, nec fedus amicitiae causa factum habemus, ut hostes quidem non sunt. Quod autem ex nostro ad illos peruenit, illorum sit, & liber homo nostrer ab eis captus, sit seruus eorum. Idem est si ab illis ad nos aliquid perueniat, hoc quoque, regitur casu postliminium datum est, *Pomponius in l. postliminio, §. de captiuis, in P.* Inter federatos nobis, & liberos, quamuis extranei sint, tamen postliminium locum non habet, quia illi apud nos & libertatem suam & dominium rerum suarum aequae ac apud se retinent, & eadem nobis apud illos contingunt, *Proculeius, in l. non dubio, 7. de captiuis, in P. & ibi traditur, quis liber populi, qui se federatus, *Rufinus Tryphonius Iurificoni. In bello, inquit, postliminium est, in pace autem ius qui in bello capti essent, de quibus nihil in pactis erat comprehensum. Quia spem reuertendi eum in virtute bellica magis, quam in pace Romanis esse voluerunt. Item in pace, qui perueniunt ad alteros si bellum subito exarsisset, eorum seruus efficiuntur, apud quos iam hostes suo facto deprehenduntur, quibus ius postliminii est, tamen in bello quam in pace: nisi federe casum fuerit, non esse ius postliminii, *Trypho, in l. in bello, 12. de captiuis, in P. & Ar. Tempore induciarum, ius postliminii non est, *Paulus in l. postliminium, 19. §. induciae, de captiuis, P.* quia induciae sunt cum in breui & presenti tempore conuenit ne iniucem se laederent, d. §. induciae. Quae si longiores sunt, dicuntur Treugas, *titu. de treugas & pace, lib. 1. Decret. tit. 3. 4.* quae si in pacem transeant, Federa, *l. hostes, & l. non dubio, de captiuis, P.* dici possunt. Dicimus nos Galli inducias, suspensione armis, treugas vero, quae longiores induciae sunt Latinis, praesens: at federae aliances, ratione pacis aeternae. Et proprie Pax, quando a pactioibus fedus sancitur & firmatur, *e. i. de pact. ap. Greg. l. eo. ius, in P. M. Varro in libro humanarum, Induciae, inquit, sunt pax castris, sed paucorum dierum: & alio loco, Induciae, sunt belli feriae. Gellius explicat, lib. 1. c. 25. neque pacem esse inducias, quia bellum manet, pugna cessat, hancque cessationem pugnae pactitiam, Graecis dictam *επιείκελον. Aurelius Opilius h. i. mutatum, Inducias ait esse, cum hostes inter se utriusque; utroque; alteri ad alteros impune & sine pugna ineunt, & inde nomen factum, ut sint quasi iniurus atque introitus. Proinde cum induciarum tempore capta captiuorum non sunt, nec capti serui, *d. l. hostes, & l. non dubio, non opus est postliminio, cum belli iure non sit captio facta, d. l. postliminium, 19. §. a piratis. §. Sic etiam capti a piratis & latronibus, liberi remanent: quia nullum ius belli, *d. l. hostes, l. id ipsum, de captiuis in bellis ciuilibus statuitur, *Vlpianus in l. si quis ingenuum, 21. l. de captiuis, in P.* ideo nec in istis postliminium, *l. latrones, 27. de captiuis.**********

¶ Porro excepti sunt quaedam res & personae, quae iure postliminii non possunt repeti. Nam Marcellus ait, nauibus quidem longis, & onerariis, propter belli usum, postliminium esse non piscatoris aut actuarii voluptatis causa paratis: equos ferri impatientes ad hostes se proprios postliminio repeti, non arma quae sine flagitio non amittuntur, non vestes, *Marcellus in l. 2. & Pomponius in l. 3. de captiuis, in P. l. 3. §. miles qui in bello, de re mil. in P.* quodque in bello captum est, & cessit in praedia postliminio non recipitur, *Labo, in l. si quid in bello, 28. de captiuis, in P.* Ex personis, qui armis victi, se hostibus dederunt, postliminio non gaudent, *Paulus, l. postliminio, 17. de captiuis, in P.* nec quem nos dedimus hostibus, si reuerfus est, etiam ad nos redierit ab hostibus, non receptus, *l. 4. eo. tit. P. ius. l. si de legato, in P.* Transfugae etiam nullum postliminium est. Hostium enim numero habetur, qui proditorum animo patriam relinquit, *l. postliminium, 19. §. transfuga, & §. seg. de captiuis, in P. Item ei, quib. ex cau. ma. in P. si liber sit nam si seruus transfugerit, non eius causa sed domino postliminii ius erit, ut seruus recipiat, *d. l. eo. §. transfuga. si sine eius voluntate transfugerit, l. si seruus ab hostibus, de iure i. act. in P. Et si captiuus, de quo in pace cautum fuisset, ut rediret, sua voluntate postea apud hostes mansit, non ei postea postliminium**

est, l. si captiuus, 20. de capt. in P. Videtis hostibus etiam recuperati, postliminio reditisse existimantur, & qui ab illis euaserint: si modo ad suos redierint a timore eo, ne amplius ad hostes redirent, non si alius sit animus, Florenti. in l. nihil interest, 2. de capti. in P. Pompon. in l. postliminii, 5. §. si. eod.

De Redemptione ab hostibus.

Cap. 6.

- 1 Redemptio captiuorum quid.
- 2 Redimit se, vel suis nummis, vel alienis.
- Redimens suis nummis alium, quibus cassis non repetit pretium, eodem.
- 3 Redimens suis nummis alium, non eum habet ut mancipium, sed iure pignoris.
- 4 Redemtionem captiuorum relicta qua habent privilegia.

Postliminii recipiendi ¶ modus alius est per redemptionem, quando pactione pretium statuitur, l. cum non redemim, 5. de postlimi. reuer. lib. 8. C. tit. 51. ob quod hostis captiuum restituit, & captus a feruitate hostili, si liber antea esset, liberatur, l. si captiuus, 20. eod. tit. in P. l. commercio, 16. C. eod. tit. si seruus restituitur refuso pretio dominis, l. in bello, §. si quis seruum, de capt. P. l. mulier, 6. eod.

¶ Verumtamen ¶ obseruandum est, statum restitui pristinum, statum quidem redemptione facta, si suis nummis quis se redimat: aut si alienis nummis redimatur, tum demum tantum, cum pretium soluerit, vel ei aliquo alio iudicio illud remissum fuerit, l. liber captiuus, 17. de postlimi. reuer. in P. l. si liberum, 11. C. eod. vel si alio modo, qui pretium dedit, iure amittere debeat, ut si redemptam proficiat, l. si adiffime, 7. eod. de cap. C. Item si tacite renuntiet pretio: veluti si in uxorem redemptam accipiat, l. si quis ingenuam, 21. eod. P. l. 2. C. eo. l. is qui te ab hostib. 13. eod. C. argu. l. liberta, de oper. liber. P.

¶ Etenim ¶ qui redemptionis pretium soluit, iure pignoris redemptum retinet, l. 2. l. praes, §. l. si liberum, 11. l. si is qui te, 13. de captiuis, C. l. si quis ingenuam, 21. eod. P. non enim emuntur tanquam mancipia quando a suis redimuntur. Nec beneficium debet in calamitatem conuerdi, l. quod fauore, C. de legibus, cum redemptio facultatem redeundi praebet, non autem ius postliminii mutat, in l. si captiuus, §. fin. de capti. in P. Nihilominus tamen aequitas suadet pretium restitui, qui emerint a barbaris, vel pro pretio, laboris obsequio, vel opere quinquenni, vicem referre beneficium ab illis, qui habituri sunt in columnam, si in ea nati sunt, libertatem. Ne forte aliquando dampni consideratio, in tali necessitate positus negari faciat emtionem, in l. si. C. de capti. & postlimi. reuer. Interim tamen antequam pretium redemptori exsolutum fuerit, utentur iuribus postliminii, & liberi hominis, & poterunt successiois iura sibi vindicare, hereditatemque adire, l. is qui liber, C. de captiuis. Et si filios quis aliquae genuerit, nec filii serui sunt redemptoris nec pignoris nexu apud eos sunt, restituito pretio, l. praes, §. de capti. C. Nec remisso vinculo pignoris libertas fit redemptoris, nec obsequium ideo filius eius debet, l. si liberum, 11. eod. Quia & inuito redemptore, refuso pretio pristinum ingenuitatis consequitur statum, etiam quocumque offerent pretium solutum, l. cum & postliminii, 6. de capti. C. Hoc enim pietatis causa receptum est. ¶ Sicut ¶ ea quae instituitur in captiuorum redemptionem dispositio vltima, siue alio herede, quae & recepta est, nec subiicitur falcidiae detractio, l. si quis ad declinandam, 37. de episc. & cleric. C. lib. 1. tit. 6. & si quid singulari legato eius pietatis causa relictum fuit, redemptioni faciendae designatus cogitur exsequi: & si nolit, vel nulli mandata est haec prouincia, episcopi loci, cuius testator est, exequitur, l. nulli, 28. de episc. & cler. lib. 1. C. tit. 6.

De acquisitione per Natiuitatem.

Cap. 7.

- 1 Bonorum incrementa, vel a natura, vel hominis ope: natura latenter, & aperte.
- 2 Partus ventrem sequitur, quomodo.
- Natiuitate quomodo res nobis querantur.

Accedunt incrementa ¶ bonis nostris dupliciter, naturae arte, vel hominis. Natura bifariam, vel aperte per natiuitatem, vel latenter, ut per alluionem, hominis ope, & per alios modos querendi. Nata igitur ex his quae possidemus iure domini, vel utriusque, dominium nostrum consequuntur, l. in pecudum, de de vsuca. P. §. in pecudum, de rerum diuis. l. 2. de acquir. rer. dom. l. partium, C. de res vindi. l. idem Pomponius §. idem scribit si equum, 2. eod. tit. P. §. item ea quae, de rer. diuis. ¶ Sic ¶ partus, naturae ratione, matrem sequitur, et si de qualitate dignitatis dixerim respon-

deatur, & patri affecta fiat, l. nullus, l. exemplo, l. eos, de decur. lib. 10. C. l. cum legitime, de sta. ho. P. Iubet autem aequitas ex nostris gentibus, nostra fieri, utpote qui curam onufque generantium sustinemus, & proinde commodum ad nos pertineat, l. secundum naturam, de reg. iur. in P. c. qui sentit, eod. tit. in 6. Eo modo fructus proprietatis dominum sequuntur, nisi specialia causa vsus fructus, vel vsus ad alium pertineant, l. bona fidei, §. si de acquir. rer. dom.

De Alluione. Cap. 8.

Lib. 7. C. tit. 41.

- 1 Flumina censitorum vice.
- 2 Alluio quid.
- 3 Alueus fluminis exsiccatu cuius sit.
- Insula nata in flumine cuius sit.
- 4 Alluio quando mutet, vel alteret rem cui accedit.
- 5 Censu agri non augetur, aucto per alluionem agro, nec minuitur diminutione alluionis: contra, si per inundationem id fiat.
- 6 Alluionis acquisitio quare iuri gentium.
- 7 Alluionis ius in quibus casibus locum non habet, & seq.
- 8 Inundatione in praedia aliena in secula condici a dominis possunt.
- 9 Alluionis accessio in agris limitatis & clientelariis, ad quas pertinet.

Flumina censitorum ¶ vice funguntur, ut ex priuato in publicum transferantur, & ex publico in priuatum, Pompon. in l. ergo si insula, §. alluio, de acquir. rer. dom. ¶ Alluio ¶ nobis adicitur rebus possessis, cum flumen lambendo ripas, in quibus praedia habemus contigua, adicit eisdem paulatim, ut intelligere non possumus, quantum quoquo momento temporis adiciatur. Quasi vis fluminis ex praedio alterius partem detraxit, eaque iuncta fuerit, & traducta in aliam partem, remanet domini prioris, nec iure alluionis occupatur, probatur utrumque in l. adeo, 7. §. praeterea, de acquir. rer. dom. in P. l. 1. §. fin. de alluionibus, lib. 7. C. tit. 41. §. praeterea, de rerum diuis. ap. Instum. ¶ Ut ¶ si alueus fluminis exsiccatu fuit, dominorum praediorum proximorum sit, quemadmodum & eorum damnum est, dum ab illis per flumen deraditur & in publicum transferatur alueus, l. ergo, de acquir. rer. dom. Idemque ius feruatur in insula in flumine nata, ut si aequaliter distet ab utraque ripa, dominorum agrotum sit aequaliter distantium: sin autem alluio magis accedat, eius sit, haec & plura, l. Martius, & l. insula, de acquir. rer. dom. in P. l. inter eos, eod. tit. Alluionis ¶ latens incrementum cum notabile non habet mutationem, certe rem mutare cui accedit, alterare non potest, ut alla dicatur: sicut non ideo minus res quaelibet eadem dicitur, quae latentes habet mutationes, & pene incrementa & decrementa momentanea, l. proponatur, de iud. in P. ¶ Et ¶ ideo nec augeri potest census agri, si paulatim incrementum alluioe ei accedat: nec minui, si decedat, l. fina, C. de alluio. Contra, si per inundationem extra alluionem quid decedat vel accedat. Nam quibus diminutum est patrimonium, diminuitur census, & quibus auctum, augetur, sic intelligenda de inundatione, non de alluioe, l. 2. C. de alluio. l. forma censuali, de censu. P. l. 2. de anno. §. trib. lib. 10. C. & inundationis ius, aliud quam alluionis, l. 6. de rerum diuis. P. l. 2. in princ. & §. 6. ne quid in loco publ. Aequum quoque visum est, eum habere locum, qui patitur incommoda, l. fin. §. sed cum in secundam, de iur. C. l. secundum naturam, de reg. iur. in P. cum similib. Et ideo, sicut usufructuarius in decremento non potest conqueri, ita in alluionis augmento vtilitatem capit, l. item si fundi, §. sed si metalla, de vsufru. P. l. si ego, §. idem ait, de Publicia in rem actio. ¶ Deinde ¶ iure gentium firma haec quaesitio, cum flumen publicum sit, & quod per illud additur, nullius est, & occupanti quaeratur, fundo videlicet cui adheret, iure accessionis & consolidationis, l. 9. §. Alphenus, de damno infect. l. cum principalis, de reg. iur. P. Et cuius est totum, merito illius est pars, quae toto accreuerit, l. in rem, 23. §. item quocumque, de rei vindi. P. l. quicquid, l. 2. de acquir. rer. dom. §. si amem, de rerum diuis.

¶ Ex ¶ superioribus acute consideratis colligemus certos casus, 7 in quibus alluionis ius non fit. Primus est, si iuxta torrentem, nec iuxta flumen publicum praedia sint, ut notat Angelus Aretinus, in §. praeterea, num. 5. de rerum diuis. post Baldum. Ioannes autem Faber quaestionem illam, num riuus, vel torrens, vel flumen, sit aqua praeter labens, reiciendam esse ad fluctuorum illius loci sententiam censet, l. o. Fab. in d. praeterea.

¶ Alius ¶ casus si alia, quam terra, praedii nostris accedant, & vi fluminis impertentur, ut tigna, arbores, aliaeque, quae alluione non

etiam habeat, & quanti sua interstiti repetat. Quare & qui rem emtam sine voluntate vendentis propria auctoritate occipit, praedon non iustus possessor censetur, *l. si ex stipulatione, §. l. fundi venditor, de acquir. poss. in P.* vt contra, qui patitur rem a se donatam voluntate sua extrahi, quodammodo eam traditione transferre videtur, *l. qui saxum, de donat. in P.*

5 ¶ Limitat ¶ & causa traditionis effectum. Nam qui ex deposito, *l. licet, de depos. in P.* commodato, *l. rei commodatae, §. sequent. commod. precario, l. certe, §. is qui alieno, de precario.* tradit, non transfert dominium: sicut necis possidere videtur, qui iure familiaritatis amici fundum ingreditur, *l. qui in re, de acquir. poss. de deficienti voluntate.* Ergo vt traditio transferat dominium, concurrat oportet cum ea voluntas domini, quam sequi non oportet. Quia nihil magis naturale est, quam voluntatem domini, in alium volentis rem suam transferre, ratam haberi, *dicto §. per traditionem, l. quod vero, §. si de acquir. poss. in P.* De hinc & simul causa, & titulus, potissimum potestas alienandi, quae & ad voluntatem & modum alienandi pertinet. Nec voluntas sine potestate, nec potestas sine voluntate, actum hominis perficit, *leg. multum interest, si quis alteri vel sibi C. leg. 3. de iure codicil. in P.*

6 ¶ De ¶ hac itaque traditione istis vallata substantialibus, quam legitimam dico, agamus, & primum annotemus, eam transferre dominium, ex Iustiniani constitutione, in *§. per traditionem, de rerum diuis. rerum corporalium cuiuscunque sint generis, sublatra videlicet distinctione rerum mancipi, vel non mancipi, quae olim erat in usu.*

7 ¶ Mancipi ¶ tres erant praedia, quae in Italico solo erant, tam rustica, qualis fundus, quam urbana, qualis domus. Item iura praediorum rusticorum, vt via, iter, actus, aqua ductus. Item serui, & quadrupedes, quae dorso collouere donantur: velut boues, muli, equi, asini, quae res non alienabantur per traditionem, nisi accederet mancipatio, quae fiebat certis verbis, libripende, & quinque testibus praesentibus, & inter tantum ciues Romanos, & Latinos, colonarios, & Latinos Iunianos, & eos peregrinos quibus commercium datum erat, *tradit. P. Iulianus, in titulis, titulo 19. Boetius, in Topico.* Erat autem mancipatio, imaginaria venditio, adhibitis quinque testibus ciuibus Romanis, puberibus, & libripende, *Boetius, lib. 3. comment. in Topico, Cicero.*

8 ¶ Sultulit ¶ has solemnitates Iustinianus; voluit tamen proprie traditionem de rebus corporalibus intelligi: nam & incorporales proprie traditionem non recipiunt, *l. seruis, 4. 2. §. in corporales, de acquir. rer. domi. l. 3. §. si inter, de act. emr. P.* Quare & traditionis loco patientia domini, & usus illius, cui dominus ius suum queri vult, & ita quasi traditio ius reale in his transferretur, *l. 3. de usufruct. in P. l. 3. §. si inter, de act. emr. l. quoties, 2. 0. de serui. l. si forte, 6. §. sciendum, in fine, si serui, vindicet. l. si ego, §. 1. de publico, in rem actio. l. 1. §. in. de serui. rust. C. l. si are, si serui, vindicet. in P. & per cautionem cum usu, l. quoties, 2. de serui. in P.*

9 ¶ Propriissime ¶ quoque inter corporalia, traditio dicitur de mobilibus, quae manu tradi possunt. Rursum & improprie traditio erit, si dea traditio, scilicet id quod pro traditione rei esse placuit. Vt primum in immobilibus, quae tradi manu non possunt, habetur pro traditione adeptio corporalis possessionis, quae transferat tituli dominium in possidentem, *l. licet, C. de acquir. poss. l. 3. §. l. cum heredes, eod. tit. in P.* Quae & fictiones alias habet, vt translatio facta censetur dominii: veluti si rem rebus meis adiungi, vel in domum meam transferri iusserim, *l. quod meo, §. si venditorem, de acquir. possessione.* & aliis modis notatis, in l. 1. C. de acquir. poss. Supplet & traditionem aspectus corporalis, quo res supposita tradenda, tradi transferriue & acceptari censetur, *l. l. si iusserim, de acquir. poss. P. l. pecuniam quam mihi debes, de solutio. in P.*

Dehinc censetur facta traditio, si quis re, quam legitimo titulo habet, patiente domino cuius ante res erat, vtitur, *l. 2. C. de acquir. poss. Item datione clauium censetur res, quarum clauis sunt, vel quae concluduntur clauibus, traditae, l. clauibus, de contrahen. emr. P. l. 1. §. penult. §. l. quarum iam, de acquir. poss. Sicuti etiam instrumentum rerum emtarum, vel debitum traditio, censetur res eo contentae translatae, *l. 1. C. de donat. l. 2. de pact. in P.* Per acceptationem quoque in dotis specie, in l. licet, §. 1. de iure dot. in P. Si quis quoque donauerit aliquid & rei donatae retinuerit vsum fructum, videtur fictione iuris eo ipso traditio & translatio dominii in donatarium facta: sic & in aliis contractibus, *l. qui quis, 28. de donatio. lib. 8. C. in. 54.* Qui donauit per epistolam, etiam si*

ab eo cui donauit conduxerit rem donatam, videtur traditio & translatio facta, *l. quaedam mulier, de rei vindic. in P.* nam & alterno ministerio, & per alios nobis acquiri possessio potest, *l. quod meo, de acquir. poss. Sed & placuit, vt si quis qui vere dominus erat, post alienationem constituit & proficitur se nomine alterius possidere, transferre in illum, cuius nomine se constituit possessorem, dominium & possessionem, l. sicut, §. superuacuum, quib. mod. pig. vel hypoth. sol. in P.* Pari modo, quando re gatus de restituenda hereditate, statim is cui restituitur, in bonis hereditate restituendam habere videtur, facta verbali restitutione: quamuis possessionem non fuerit nactus corporalem, *l. facta fideicom. nisi restitutione, l. 63. ad senatus. Trebel.*

¶ In ¶ rebus spiritualibus, vt in beneficiis, fit adeptio & translatio possessionis iure ciuili, per quasi traditionem, vt in aliis iuribus, & incorporalibus. Itaque fit missio in possessionem per eum, cui beneficium contulit, aut eius delegatum, vel per ingressum ecclesiae collatae, aut per tactum vestis, vel campanae eius, vel alio modo, secundum consuetudinem, vt per scortationem, in c. 2. de consuet. & vide ibi glo. in verbo, signum. Sic annuli traditio, signum est inuestiturae & traditionis, c. ex ore, de his quae sunt a maiori parte caput. vide quae diximus in feudis de inuestitura signis, vt & inuestitura ipsa, est signum traditae possessionis, cap. per tras, de donation.

¶ Est ¶ & modus possessionis acquirendae vel nanciscendae per interdicta praetoria adipsendam, *l. 2. §. adipsendam, de interd. in P. lib. 43. in u. 1. §. sequens, eod. tit. apud Iustinianum.* Quae interdictum quorum bonorum, quod directum ei competit, cui a praetore delata est bonorum possessio, contra enim qui bona defuncti tenet pro herede vel possessore, *dict. §. sequens, vers. adipsendam, l. 1. quorum bonorum, in P.* At vile datur etiam hoc interdictum ciuili heredi, *l. 1. quorum bonorum, C. §. Nam ¶ quamuis heres institutus propria auctoritate possit hereditatem adire, l. 1. de bon. poss. P. l. vltima, C. qui admr. ad bon. poss. poss. l. cum heredes, 23. de acquir. poss. in P.* non tamen hoc facere potest, si alius hereditatem possideat, *l. 3. §. 1. de bon. poss. P.*

¶ Accedit ¶ aliud, quorum legatarum, quod competit heredi contra legatarios, qui propria auctoritate legatum acceperint, *l. 1. quorum legator. P.*

¶ Item ¶ Saluianum interdictum, quo expeditur dominus pro rebus coloni pignorat, *l. 1. de Saluian. interd. P.* quod differt a Seruiana actione, §. item Seruiana, de act. in P.

¶ Imbertus ¶ scribit, in Enochridio, in testamentaria executio, ne, ex consuetudine regni Galliarum generali, executores testamentorum esse in possessione omnium bonorum defuncti, quantum sufficere possint ad implendam eius voluntatem, nulla alia corporali apprehensione possessionis reali requisita; non solum in exsequendis legatis piis, quod consentit Baldus, in cap. 2. de consuetud. sed & pro aliis.

¶ Erat ¶ quaedam etiam agnitio bonorum possessionis, ordinanda tantum ius causa facta, propemodum symbolica, dum filius emancipatus vel posthumus alienus, vel quilibet alius cognatus iure ciuili exclusus, humanitate praetoria admittitur, & accusare testamentum volebat. Prius namque quoddam signum, puta annulum, vel quamlibet rem hereditariam petebat, vt sic praetore recognitus, a iudice quoque admitteretur, vide *Alcia tum, l. 8. parergon iuris, cap. 24. c. ita Accur. in l. Papin. §. 1. de inoff. testam. in P.*

Per quas Personas acquisitio fiat possessionis, & dominii. Cap. 11.

- 1 Acquirimus nobis per nos, & per alios.
- 2 Acquisitionis persona omnes idoneae, nisi nominatim prohibeantur.
- 3 Acquirere qui non possunt, & seq.
- 4 Manus mortuae homines in Gallia qui dicantur.
- 5 Alienigenae in Gallia incapaces beneficiorum & officiorum, sine gratia.
- 6 Acquirimus per eos qui sunt in nostra potestate, per filios, per seruos nostros, & eos in quibus vsum fructum habemus.
- 7 Et quatenus per tutorem.
- 8 Per hominem bona fide nobis seruientem.
- 9 Per Procuratorem.
- 10 Acquirimus ad iudicationem sententia.
- 11 Emrum meo nomine pecunias alienis, meum est.

EX voluntate nostris, & per nosmetipsos, & aliarum personarum ministerio, & opera acquiruntur etiam res nobis, l. 1. §. *adipsimur, de acquir. poss. P. §. 1. per quas personas nob. oblig. acquir.* Quomodo autem per nos ipsos queramus, partim superius dictum est, partim ex dicendis manifestum erit, vt enumeratione opus non sit. Ceterum operæpretium est, de personis nostris & aliorum, per quas & possessionem, & dominium querere possimus, breuiter pauca percurrere, quæ sint omnibus contractibus, & successibus communia, aliisque acquisitionibus rerum. In quibus singulis & res, & personas, & negotia simul perpendere, ad faciliorem methodum, decreuimus. Sunt enim actus hominum fere omnes ex his tribus compositi. Igitur in acquisitione omni faciendâ, personæ acquirendi capaces esse debent; quales omnes præsumuntur, nisi iure quodam speciali prohibeantur vel querere, vel possidere.

¶ Prohibentur autem primo, damnati in metallum, *l. si in metallum, de his qui pro non script. habentur.* ¶ In Gallia iure eius plane incapaces sunt possessionis rerum, homines quos dicimus manus emortuæ, seu de manu morte, qui tenentur rerum possessiones a se emancipare, possessione uero decedere: nisi iure mortuicini, id est *parachape ou amortissement*, a rege possideant, nempe ex gratia seu dispensatione principis, vide *Argiduum Magistris, des amortissements, in decisio. & constitut. reg.* Mortuæ porro manus illæ dicuntur, quæ dominum non mutant, & perpetuo retinent: cuiusmodi dicuntur ecclesiæ, capitula, communitates, siue vniuersitates, & fratritæ: in quorum omnium ditionem res peruenientes, vix vnquam dominos mutant: eorum homines perpetuo superesse per subrogationem dicantur eisdem, *argum. l. proponatur, de iudic. P. Paul. l. eum debere columnam, 3. de seruis. urb. pred. lib. 8. P. ut. 2.* Et sicut ecclesiæ perpetua est, sic & eius perpetuum debet esse patrimonium, *l. habemus, in 2. de sacrosanctis eccles. C.* Sed de his alias. In feudis, & rebus ecclesiæ, iure tamen civili, licet ecclesiæ sine gratia possidere, & habere temporalia, *l. 1. de sacrosanctis eccles. C. & pontificio, casus iuram. & ca. videntes, 12. q. 2.*

¶ Alienigenæ quoque in Gallia capaces beneficiorum vel officiorum non sunt, sine gratia principis, vel adoptione regia, seu iure ciuitatis, vocantur literas naturalitatis. De quibus etiam alibi diximus, in personis beneficiorum capacibus.

¶ Per alios acquirimus, veluti per filios in potestate patria cõstitutos, etiam ignorantibus possessionem & dominium in causa peculii, *l. 1. §. item acquirimus, de acquir. poss. P. l. quicquid, eod. tit. l. placet, de acquir. her. P. §. per quas person. nob. acq. lib. 2. tit. 9. in l. si iur. ciuil. §. 1. per quas person. nob. oblig. acq. lib. 3. tit. 19. excepta proprietate, vt in patria potestatis utilitate diximus. si vere filius, non alias, *l. iusto, de usura P. l. per cum que iusto, de acq. poss. P. 2.* Per seruum quoque possessionem, si peculium gubernet, acquirimus, etiam ignorantibus, *l. 1. §. item acquirimus, de acquir. poss. l. quod seruis, eod. tit. & dominium, dicto §. 1. per quas personas nob. acq. §. 1. per quas personas nob. acquir. §. 3. per quas person. nob. oblig. acqui. §. Diximus in utilitate potestatis seruus. Et si seruus communis plurium sit, dominis omnibus querit, nisi aliter vni vel certis, se acquirere actu vel verbo profiteatur, *d. l. 1. §. per communem, §. hęc qua, §. 1. §. fin. §. l. 2. de acq. poss. in P. vel nisi seruus sit furiosus, l. 1. §. ceterum, de acquir. poss. 3.* Per seruum alienum possessionem querimus, cuius vltimofructum habemus, *l. 1. §. per eum, §. l. poss. de acquir. poss. item & dominium, §. 1. per quas person. nob. acq. §. 1. per quas person. nob. acq. §. 3. per quas person. nob. oblig. acqui. Oportet autem sunt in fructu, & ad vltimofructuatum pertinent, l. 3. §. 4. de oper. seruor. in P. si modo in res vltimofructuatum impendantur. Et ideo ratione rerum illarum conquisita, vltimofructuati sunt: quæ vero extra rem vltimofructuati queruntur, domini proprietatis sunt, *l. per****

7 *seruum, de usu & habita. P. l. plenum, §. fin. eod. §. 4. Pupillo per tutorem acquiritur possessio, d. l. 1. §. seu pupillus, de acq. poss. Acquiritur & dominium rerum eo nomine quaesitarum, diximus in tractat. aularum in officio tutor. l. eum qui, §. fin. de constit. pecu. in P. ideo neque administrans eo nomine non faciat, cum quibus agit vel tractat negotia, vel exigendo debita, sed veluti dominus gerit pupilli negotia, *l. tutores debita, de administrat. tut. C. §. Per**

8 *¶* hominem liberum bona fide nobis seruientem, acquirimus possessionem, *l. 1. §. sed & per seruum, de acquir. poss. l. qui fundum, §. fin. pro em. in P. & dominium, l. lib. homo, de acquir. rer. dominio, §. idem, per quas person. nob. acq. §. item per liberam, per*

quas personas nob. oblig. acquir. ¶ Et per procuratorem nostro nomine possessionem adipiscentem, non aliter, quam si quis & amittimus, *l. 1. §. per procuratorem, de acq. poss. P. l. possessio quoque, §. 1. clem. vnica, de renuntia. l. sed si, §. idem Iulianus, de iur. iur. in P. si modo ad id speciali mandato sit constitutus procurator, l. qui mihi, de donat. l. per procuratorem, de acq. poss. C. Sequitur; possessionem tunc etiam adeptâ proprietatem, quæ a possessione non separatur, *l. 1. per procuratorem, §. l. 2. per quas person. nob. acq. C. exceptis quibuslibet casibus, casus enumerantur a glo. in minorum, C. de prob. & alius reb. minor. Acquiritur etiam & dominium per procuratorem, §. ex his itaque, per quas person. nob. acq. l. si procurator meus, de procurat. P. imo & eo inuito quæ quaesit, eo nomine dominum exigit, l. quod procurator, de procurat. in P. Sic quis per se non tantum præiens, sed etiam abens procuratoris ministerio pacisci, & acquirere potest, *l. 1. §. fin. de procur. P. l. qui autem, §. fin. de constit. pecunia. P. quia contractus iustigentium consensu iniuri, & inter abentes fieri possunt per nuntium & per literas, vt in emptione erit exemplum, l. 1. §. fin. de contrab. em. P. Si tamen procurator ad id constitutus, suo nomine contraxerit, non mandantis, ex mandato quidem conueniri potest, quasi male illud executus, verum tamen sibi quaerit, *l. si procur. C. de procurat. nam alioquin res ex mandato meo emta, mea non est, priusquam mihi tradita sit, l. ex mandato, de acq. rerum domi. ¶* Acquiritur ¶ 7. nobis a iudice dominium, per sententiam videlicet, cum nobis quid ad iudicatum fuit, *§. si de offi. iudic. ap. Iusti. cuius ad iudicacionis effectus & possessio, ex executione sequitur sententia, l. exsecutorem, de exsec. rei iud. C. sufficit namque; sententia ad dominium constitutionem, sed ad possessionem & traditionem, expectamus executionem, iudicis auctoritate, non propria faciendam, l. exstat, quod met. caus. P. l. 1. C. de suffra. Sic enim alterum sine altero est, quia natura, nihil commune habet proprietatem cum possessione, *l. naturaliter, §. nihil commune, de acq. poss. in P. & dominium ad nos pertinere potest: et si ad epti possessionem non sumus, l. cum heredes, de acq. poss. ¶* Generaliter ¶ 8. si quis aliquid emat pecuniis nostris, nostro nomine, id nostrum fit, non ementis: si autem ex pecuniis alienis quo suo nomine emat vel quaerat, suum fit, non domini pecuniarum: quamuis ad pecuniam restitutionem teneatur, *l. 3. §. l. multum interest, §. l. qui aliena, si quis alteri, vel sibi C. Quo casu per liberam personam, etiam sine mandato expresso, querimus ex nudo ministerio illius, l. 1. §. per liberam, de constit. pecunia. P. Excepta simulatione, quæ quis cum sibi acquirere vult, subicit alterius nomen, cui acquirere se dicat: nam hic plus valet quod agitur, quam quod simulate concipitur, *l. si quis instrumento, C. si quis alteri vel sibi, tor. tit. plus valere quod agit. C.******

De amissione dominii, & possessionis.

Cap. 12.

- 1 Possessio tot modis amittitur, quot acquiritur.
- 2 Possessio naturaliter & ciuilitate amittitur.
- 3 Possessio naturaliter amittitur, natura & hominis factu, quomodo.
- 4 Possessio quomodo ciuilitate amittitur vel interpellatur.
- 5 Usucapio litis contestatione interrupta possessione 40. annos existit.
- 6 Usucapio quando interruptatur libelli sola oblatione.
- 7 Usucapio seu usucapio ciuilitate interruptitur, in nouatione cautionis, precum principi facta oblatione, solutione.
- 8 Possidendi facultas, quod ad usucapionem pertinet, quibus casibus suspenditur.
- 9 Possessionis interrupta & suspensa in usucapionibus differunt.
- 10 Usucapio quibus casibus suspenditur, & seq.
- 11 Prescriptio suspenditur contra ecclesiam vidualam pastore.
- 12 Prescriptio rerum dotalium suspenditur pendente matrimonio.
- 13 Dotales res quomodo prescribi possunt, pendente matrimonio, contra mulieres, eod.
- 14 Prescriptio rerum minorum suspenditur, pendente tempore minoris etatis.
- 15 Usucapio aduersus minores non procedit.
- 16 Prescriptio suspenditur contra filium suum in bonis a patre eius in re usufructus possessis.

Quia ¶ iisdem fere casibus & modis quis acquirit possessionem & dominium, quibus alius amittere dicitur, qui vltimus dominus est & possessor, *l. 1. pro de relict. in P. de amissione possessionis*

tionis deendum est. Amittitur possessio, vel naturaliter, vel civiliter. **Naturaliter** bifariam, vel facta natura, vel hominis. Natura facta, veluti si fundus qui possidebatur, a flumine, vel a mari occupatur, l. 3. *Labeo, de acq. possess. in P. l. Pomponius, l. qui uniuersas §. item quod, eod. tit. retinetur tamen dominium, Labeo, §. insula, de acquir. rer. dom. P. Facta* hominis amittitur possessio, vel eius qui possidet, vel tertii alterius: facta possidentis, si is rem alii tradat, vel ex contractu, vel alio modo: si negligenter res vacare relinquat, vel si dominus sine successore decesserit, vel longo tempore abfuerit. *l. furtum §. fundum, de usucap. P. 2. Si constituerit in animo se nolle amplius res possidere, l. 3. §. i. amittenda, de acq. poss. Si abiciat a se rem, vt diximus paulo ante, dum de rerum inuentione & occupatione egimus. In domini tamen amissione animum scilicet non sufficit, l. si quis vi, de acq. possess. Amittit & rerum possessionem 3. possessor in captiuitate in hostium, vel in alterius redactione potestatem, l. cum heredes §. i. de acq. possess. P. l. si is qui pro emtore, de usu. P. qui enim ab alio possidetur, non possidet, l. homo lib. §. quicquid, de acquir. rerum, com. P. l. si euenit, ad leg. iul. de adu. P. Neque hic possit in ius proficere: quia possessio magis facti quam iuris est, l. denique, quib. ex causis ma. non licet. l. i. §. l. possess. qui in aliena, de acquir. possess. in P. 4. Si quis ex suo loco puro, id est, profano, l. i. de sepul. violat. iuu. 13. P. l. i. §. parus dereli. Et sum. P. religiosum faciat, & ibi mortuum inferat, l. qui uniuersas, §. i. de acq. poss. P. cum religiosa loca in nullius commercio sint, §. nullus, de rer. diuis. l. inter stipulantes, §. i. de ver. obligat. cum similib. qualia faciunt sepulcra, §. religiosum, de rer. diuis. cum similib. Si amittit possessionem, quia nullas cauere damni infecti nomine non cauit, & aduersarius nullus est in possessionem eius rei nomine, ex secundo decreto, d. l. qui uniuersas, §. i. Facto alterius amittitur possessio rei mobilis, si ea furripitur, l. rem, que a nobis surrepta est, de acquir. possess. Item si ab alio vi deiciatur quis a possessione, l. naturaliter, de usucap. Quamuis enim fictione iuris, & ratione civilis possessionis vi deturbatus non videatur de se iure possidere, quod interdico vnde vi ad possessionem restitui potest, l. si quis vi, de acquir. poss. & non videatur rem acquisisse, qui ita natus vi, eam retinere non potest, l. non videtur, de acquir. possess. P. tamen, quod pertinet ad possessionem naturalem, & eam, quae ad dominii adiectionem per vsucapionem proficere potest, re vera de se iure possidere, d. l. naturaliter, & interpellatur deiectione vsucapio.*

Ciuitiliter interpellatur vel amittitur possessio, per actus ciuiles. Primum, si causa in iudicium deducta & contestata, possessio in controuersiam deducatur, l. nemo ambigit, de acq. possess. Et ita litis contestatione tollitur, interruptio quae vsucapionis possessio, l. more litis, C. de rei vind. l. nec bona fide, C. de prescrip. lon. tempor. vt sequens possessio seu continuatio, priori interrupta non proficiat, l. 2. §. i. pro emt. P. Nec tamen existimandum est, priuari iure interpellatum, vt postea possidendo non possit vsucapere: si quidem potest iterum vsucapionem possidendo inducere. Et ita intelligi debet quod dicitur, petitione & contestatione litis non interpellari possessionem: videlicet ratione incipiende vsucapionis. **Quae** tamen a die qua quieuerunt contentiones a lite, a die videlicet prescriptionis interruptae, exigit spatium quadraginta annorum, et si alioquin si nulla interruptio lite facta esset, sufficeret minor aetas & tempus breuius, l. i. exceptis, de annali excep. C. l. fin. de prescrip. 30. vel 40. annor. Quod notandum est, sicut & aliud singulare, non semper per exigentis contestationem ad possessionem amittendam vel interpellandam, quando videlicet aduersarius qui possidet, ob potentiam, vel absentiam, vel ob indefensam sine tutore infanciam, vel ob penuriam iudicis, lis suo Marte agitari vel contestari nequit: quibus casibus libellus solus sine contestatione, vel protestatio sola sufficit, seruata a iure praescripta in his formula, l. 2. C. de annali excep. **Secundo** possessio ciuilitate amittitur, si quis, non completa prescriptione, cautiones, ex quibus possidet, in nouet; nam tunc prior possessio amittitur, & interruptitur, l. cum notissimi, §. sed et si quis, de prescrip. 30. vel 40. annor. non enim est eadem causa possidendi posterior cum superiore, l. 2. §. si l. qui cum herede, pro emt. in P. Tertio interruptitur ciuilitate possessio, praesertim in praescriptione longissimi temporis, si precibus impetretur a principe, & precum exsequendam gratia exsecutor datus & missus sit, l. i. §. i. de prescrip. 30. vel 40. annor. Quod tamen in annualibus praescriptionibus vel aeternis verum non est omnino; nam in his non requiritur exsecutor, sed sufficit preces oblatas fuisse, l. 2. de prec. Imper. off. C. l. i. quis praescribens vsuras ex contractu debitas, eas soluerit,

possessionem interruptit ad praescribendam ceptam, l. si quis emisionis, §. i. de prescrip. 30. vel 40. ann.

Et haec ad acquirendam, vel amittendam possessionem pertinent. Ceterum calus quosdam & tempora obseruare par est, in quibus nec acquiri, nec amitti, nec continuari, sed suspendi possessio dicitur ciuilitate, l. cum heredes, §. i. de acquir. possess. P. l. i. **Et** nec bona fide, C. de prescrip. lon. tempor. Quod maxime prodest auotasse in vsucapionibus: siquidem dum interruptitur possessio, sequens tempus possessionis post interruptionem, nunquam cum praecedente coniungitur, vel continuatur, sed amittitur prior, & recens est inicianda ab interpellatione possessio.

At ubi quiescit vel dormit possessio, & suspenditur, finito tempore quietis, sequens tempus priori, deducto medio, annectitur per continuationem. **Exemplum** tamen huius axiomatis probationem exhibent. Primum in rebus ecclesiasticis, quae quando ecclesia habet praesertim, 40. annis praescribuntur, vt vulgata iura sunt, *authen. quas actiones, C. de sacrosan. eccles. at sede vacante & ecclesia viduata pastore*, quando iusmodi est, non continuatur possessio aut tempus, sed quiescit, & alio excedente pastore continuatur tantum, subducto tempore vacationis, *c. auditus, c. de quarta, c. i. in glo. de prescrip.*

Aliud exemplum in rebus dotalibus, quarum praescriptio 8 tempore matrimonii suspenditur contra mulieres, quia eo tempore sunt in potestate mariti, nec possunt mulieres tunc agere: at ab eo tempore, ex quo potuit mulier agere, soluitur suspensio & continuatur possessio sicaciter, subducto tempore quo agere non potuit, tempore matrimonii, l. in rebus, §. omni, de iure dot. Vnicum excipiunt casum, si ante matrimonium fere praescriptio consummata erat, & modicum adhuc supererat requisitum tempus ad perfectionem: nam tunc potest cepta & pene perfecta ante, tempore matrimonii continuari & perfici, l. si fundum, de fundo dotal. in P. Quod enim de proximo futurum est impleri, pro iam facta habetur, l. penul. de mil. test. & in mora modici temporis periculum non est, l. si debitor, de iudicis, P. l. si in lege locatiouis, §. colonus, loca. P. Verum ego non arbitror demendum illum casum, nec tunc etiam currere vsucapionem vel continuationem possessionis contra mulierem, quando fere ante impleta erat vsucapio. Quia in vsucapionibus, quamquam tempus a momento in momentum non computetur, tamen hora eadem inspiciatur, vt eadem finiat tempus quae incepta, euolutis iustis annorum spatiis, l. in vsucapion. Et l. ideoque, de vsucap. P. Verum lex quae aham dederat exceptioni, dicitur, l. si fundum, de fundo dotal. P. intelligenda est, vt vsucapio seu praescriptio incepta ante matrimonium, continuatur tempore matrimonii in rebus dotalibus, quando res dotales transeunt in periculum mariti, & marito non vxori pereunt. Quod accidet pluribus modis, vt si negligens in petendo, & in mora sit, dicitur, l. si fundum, vel si res altumatas susceperit, & solvendo est: quia illa, tanquam mariti essent, habentur, l. plerumque, §. si ante, de iure dotal. P. cum similib. iur. l. quod suspendente, de pericul. Et commo. res vend. in P. Contra, si ad inopiam vergeret, vel eius periculo res non esset: tunc enim suspenditur praescriptio, dicitur, l. in rebus, §. omni, de iure dot. C. cum interfit reipub. dotes mulieribus saluas fieri, l. i. sol. mar. in P. cum similibus.

Tertium exemplum est in minoribus, quorum quidem 9 res, pendente minore aetate, nec alienari nec vsucapiqueunt, ceptaque vsucapio aduersus eos hac durante aetate quiescit: continuatur autem ea exacta aetate: prior cum sequente possessione, l. sicut, §. nec sufficit, Et l. cum notissimi, ibi, sed impubes aetas excipienda est, C. de prescrip. 30. vel 40. annor. l. *Emilius Larcianus, de minor. 25. an.*

Et tamen hodie est & exploratum, aduersum minorem nullo modo procedere vsucapionem, l. si in quib. caus. in integ. rest. non est necessaria, quamquam olim procederet, quae possit nihilominus restitutione in integrum reici, l. i. C. si aduersus vend. **Exemplum** tamen erit in bonis filifamilias, in quibus pater vltimatum habet: quorum suspenditur vsucapio, quando in patris sunt potestate, l. i. §. si de annali excep. C. l. i. §. si in iuncta authen. nisi tricennale, de bonis mar. Et horum omnium aequitas pendet ex regula generali, alteri per alterum, conditionem iniquam fieri non oportere, P. de reg. iur. non debet, cum similib. ibi notatis. Neque ei, qui agere nequit, currere tempus vtile, l. annus, de calumniaror. d. auth. nisi tricennale. Vacans autem ecclesia, vxor, minor, & filifamilia, nec agere per se possunt, neque illis sine facto suo imputari debet mora, vel negligentia aliqua.